TOMAS DE AQUINO

Tratado de la Caridad

De la acidia 2-2

(q.35 a.1, 2, 3 y 4)

2/8/01

T655.2G 1954-60 V7 c2

TOMO VII

TRATADOS DE LA FE Y DE LA ESPERANZA

INTRODUCCIONES DEL PADRE

TEOFILO URDANOZ, O. P.

PROFESOR DE TEOLOGÍA EN LA FACULTAD DE PP. DOMINICOS DE SALAMANCA

TRATADO DE LA CARIDAD

INTRODUCCIONES DEL PADRE

MARCELIANO LLAMERA, O. P.

PROFESOR DE TEOLOGÍA EN EL ESTUDIO GENERAL DE PREDICADORES DE VALENCIA

VERSIÓN DE LOS TRES TRATADOS BAJO LA DIRECCIÓN DEL PADRE TEÓFILO URDÁNOZ, O. P

De la acidia 2-2

(q. 35, a. 1, 2, 3, 4)

BIBLIOTECA DE AUTORES CRISTIANOS

MADRID · MCMLIX

CUESTION 35

(In quatuor articulos divisa)

De acedia

De la acidia

Se pasa ahora al estudio de los vicios opuestos al gozo de la caridad, el cual se tiene del bien divino, a cuyo gozo se opone la acidia, y del bien del prójimo, a que se opone la envidia. Por lo cual, primeramente vamos a hablar de la acidia y a continuación de la envidia.

Sobre lo primero se ponen cuatro artículos:

Primero: si la acidia es pecado.
Segundo: si es vicio especial.
Tercero: si es pecado mortal.
Cuarto: si es vicio capital.

Deinde considerandum est de vitiis oppositis gaudio caritatis (cf. q.34 introd.). Quod quidem est et de bono divino, cui gaudio opponitur acedia; et de bono proximi, cui gaudio opponitur invidia. Unde primo considerandum est de acedia; secundo, de invidia (q.36).

Circa primum quaeruntur quatuor.

Primo: utrum acedia sit peccatum.

Secundo: utrum sit speciale vitium.

Tertio: utrum sit mortale peccatum.

Quarto: utrum sit vitium capitale.

ARTICULO 1

Utrum acedia sit peccatum [a]

Si la acidia es pecado

Dificultades. Parece que la acidia no es pecado.

1. Por las pasiones, ni somos alabados ni vituperados, según el Filósofo. La acidia es una pasión, una especie de tristeza, como dice el Damasceno y hemos demostrado. Luego la acidia no es pecado.

2. Ninguna flaqueza corporal que a determinadas horas acaece reviste formalidad de pecado. La acidia es esto, pues dice Casiano: "La acidia sobre todo molesta al monje sobre la hora sexta, como cierta fiebre que da en tiempo señalado, causando en el enfermo ardentísimos ardores de alma, con su subida a ciertas y acostumbradas horas". Por tanto, la acidia no es pecado.

3. Lo que procede de buena raíz, no parece que sea pecado. La acidia procede de buena raíz, pues dice Casiano que la acidia proviene de que uno "gime por no tener fruto espiritual", y "la ausencia tenida lejos sobrestima el monasterio", lo cual parece cosa de humildad. La acidia no es, pues, pecado.

4. Ha de huirse todo pecado, en conformidad con la Escritura: "Huye el pecado como de culebra". Y Casiano escribe: "Es por experiencia averiguado que el asalto de la acidia no se evita huyendo, se supera resistiendo". En consecuencia, la acidia no es pecado.

Por otra parte, lo que prohibe la Escritura es pecado. La acidia lo es, pues se lee: "Arrima el hombro y llévala (a la espiritual sabiduría) y no tengas acidia en sus lazos". Es, pues, pecado la acidia.

Respuesta. Conforme el Damasceno, la acidia es "una tristeza molesta", que de tal manera deprime el ánimo del hombre, que nada de lo que hace le agrada. También lo que es ácido es frío. Por eso, la acidia lleva cierto tedio en obrar, lo cual es evidente por lo que se lee en la Glosa, exponiendo las palabras: "Toda comida les daba náuseas"; y por lo que algunos dicen que la acidia es "la indolencia del alma en empezar lo bueno". Tal tristeza siempre es mala, a veces aun en sí misma y a veces en sus efectos. La tristeza en

Ad primum sic proceditur. Videtur quod acedia non sit peccatum.

1. «Passionibus» enim «non laudamur neque vituperamur»; secundum Philosophum, in II «Ethic.»[1]. Sed acedia est quaedam passio: est enim species tristitiae, ut Damascenus dicit[2], et supra habitum est (1-2 q.35 a.8). Ergo acedia non est peccatum.

2. Praeterea, nullus defectus corporalis qui statutis horis accidit habet rationem peccati. Sed acedia est huiusmodi: dicit enim Cassianus, in X lib. «De institutis monasteriorum»[3]: «Maxime acedia circa horam sextam monachum inquietat, ut quaedam febris ingruens tempore praestituto, ardentissimos aestus accensionum suarum solitis ac statutis horis animae inferens aegrotanti». Ergo acedia non est peccatum.

3. Praeterea, illud quod ex radice bona procedit non videtur esse peccatum. Sed acedia ex bona radice procedit: dicit enim Cassianus, in eodem libro[4], quod acedia provenit ex hoc quod aliquis «ingemiscit se fructum spiritualem non habere, et absentia longeque posita magnificat monasteria»; quod videtur ad humilitatem pertinere. Ergo acedia non est peccatum.

4. Praeterea, omne peccatum est fugiendum: secundum illud Eccli. 21,2: «Quasi a facie colubri, fuge peccatum». Sed Cassianus dicit, in eodem libro[5]: «Experimento probatum est acediae impugnationem non declinando fugiendam, sed resistendo superandam». Ergo acedia non est peccatum.

Sed contra, illud quod interdicitur in sacra Scriptura est peccatum. Sed acedia est huiusmodi: dicitur enim Eccli. 6,26: «Subiice humerum tuum et porta illam», idest spiritualem sapientiam, «et non acedieris in vinculis eius». Ergo acedia est peccatum.

Respondeo dicendum quod acedia, secundum Damascenum (l.c. nt.2), est «quaedam tristitia aggravans», quae scilicet ita deprimit animum hominis ut nihil ei agere libeat; sicuti ea quae sunt acida etiam frigida sunt. Et ideo acedia importat quoddam taedium operandi: ut patet per hoc quod dicitur in Glossa[6] super illud Ps. 106,18: «Omnem escam abominata est anima eorum»; et a quibusdam dicitur quod acedia est «torpor mentis bona negligentis inchoare»[7]. Huiusmodi autem tristitia semper est mala: quandoque quidem etiam secundum

a I malo q.11 a.1.

1 ... n.5 (Bk 1105b31): S.Th., lect.5.

2 ... fide orth. l.2 c.14: MG 94,932.

3 ... ML 49,363.

4 Ibid., c.2: ML 49,366.

5 Ibid., c.25: ML 49,398.

6 *Ordin.;* AUGUST., *Enarr. in Psalm.* ps.106,18: ML 37,1425.

7 Cf. RABANUM MAURUM, *De eccles. discipl.* l.3: *De acedia:* ML 112,1251.

si n... ma es mala: versa sobre lo que es en apariencia mal y es bien verdad..., como, por el contrario, el plac... malo recae en bien aparente, que ... realidad es mal. Pues, siendo el bien espiritual verdadero bien, la tristeza del bien espiritual es en sí mismo mala; mas también la tristeza ... lo que es en realidad mal es mal... por su efecto, si así pesa sobre el h... bre que del todo lo retrae de la ... na obra. Por lo cual el Apóstol no ... iere que el penitente "se vea con... nido por la excesiva tristeza" del ... cado. Y, pues la acidia, en el sent... que aquí se toma, dice tristeza del bien espiritual, es doblemente m... la: en sí misma y en su efecto; d... aquí que la acidia sea pecado; pues ... n los impulsos apetitivos llamam... pecado al mal, como de lo dicho se desprende.

Sol...ciones. 1. Las pasiones de suy... no son pecados, pero son vituperada... en cuanto que entienden en un mal, ... ual que son alabadas por aplicars... a un bien. De aquí que la tristeza ... n sí misma no implica nada laud... le ni vituperable; la tristeza mod... ada del mal, algo laudable; y la t... teza del bien, como la tristeza ... nasiada del mal, entraña algo vitu... rable. Y así la acidia se tiene por ... cado.

2. Las pasiones del apetito sensitiv... pueden de suyo ser pecados veni... s e inducen al alma al pecado mor... . Y, pues el apetito sensitivo tien... órgano corporal, se sigue que por ... guna transmutación corporal el h... bre sea más hábil para algún peca... . Por eso puede suceder que por ... gunas transmutaciones corporale... que acaecen a sus tiempos, nos ... olesten más ciertos pecados. Y, ... s toda flaqueza corporal de suyo ... dispone a la tristeza, los que ayu... n son más combatidos de aci-

seipsam; quandoque vero secundum effectum. Tristitia enim secundum se mala est quae est de eo quod est apparens malum et vere bonum: sicut e contrario delectatio mala est quae est de eo quod est apparens bonum et vere malum. Cum igitur spirituale bonum sit vere bonum, tristitia quae est de spirituali bono est secudum se mala. Sed etiam tristitia quae est de vere malo mala est secundum effectum si sic hominem aggravet ut eum totaliter a bono opere retrahat: unde et Apostolus, II ad Cor. 2,7, non vult ut poenitens «maiori tristitia» de peccato «absorbeatur». Quia igitur acedia, secundum quod hic sumitur, nominat tristitiam spiritualis boni, est dupliciter mala, et secundum se et secundum effectum. Et ideo acedia est peccatum: malum enim in motibus appetitivis dicimus esse peccatum, ut ex supradictis [8] patet.

Ad primum ergo dicendum quod passiones secundum se non sunt peccata: sed secundum quod applicantur ad aliquod malum, vituperantur; sicut et laudantur ex hoc quod applicantur ad aliquod bonum. Unde tristitia secundum se non nominat nec aliquid laudabile nec vituperabile: sed tristitia de malo vero moderata nominat aliquid laudabile; tristitia autem de bono, et iterum tristitia immoderata, nominat aliquid vituperabile. Et secundum hoc acedia ponitur peccatum.

Ad secundum dicendum quod passiones appetitus sensitivi et in se possunt esse peccata venialia, et inclinant animam ad peccatum mortale. Et quia appetitus sensitivus habet organum corporale, sequitur quod per aliquam corporalem transmutationem homo fit habilior ad aliquod peccatum. Et ideo potest contingere quod secundum aliquas transmutationes corporales certis temporibus provenientes aliqua peccata nos magis impugnent. Omnis autem corporalis defectus de se ad tristitiam disponit. Et ideo

[8] ... a.2; 1-2 q.71 a.6; q.74 a.3.

ieiunantes, circa meridiem, quando iam incipiunt sentire defectum cibi et urgeri ab aestibus solis, magis ab acedia impugnantur.

Ad tertium dicendum quod ad humilitatem pertinet ut homo, defectus proprios considerans, seipsum non extollat. Sed hoc non pertinet ad humilitatem, sed potius ad ingratitudinem, quod bona quae quis a Deo possidet contemnat. Et ex tali contemptu sequitur acedia: de his enim tristamur quae quasi mala vel vilia reputamus. Sic igitur necesse est ut aliquis aliorum bona extollat quod tamen bona sibi divinitus provisa non contemnat: quia sic ei tristia redderentur.

Ad quartum dicendum quod peccatum semper est fugiendum: sed impugnatio peccati quandoque est vincenda fugiendo, quandoque resistendo. Fugiendo quidem, quando continua cogitatio auget peccati incentivum, sicut est in luxuria: unde dicitur I ad Cor. 6,18: «Fugite fornicationem». Resistendo autem, quando cogitatio perseverans tollit incentivum peccati, quod provenit ex aliqua levi apprehensione. Et hoc contingit in acedia: quia quanto magis cogitamus de bonis spiritualibus, tanto magis nobis placentia redduntur, ex quo cessat acedia.

dia sobre el mediodía, cuando ya empiezan a sentir la falta de comida y a ser apretados con los calores del sol.

3. A la humildad atañe que no se engría el hombre considerando sus defectos; pero lo que no es cosa de humildad, sino de ingratitud, es que desprecie los bienes que tienen de Dios. De ese desprecio proviene la acidia, pues nos entristecemos con las cosas que reputamos malas y viles. Así es menester que de tal modo se realcen los bienes ajenos, que no se menosprecien los recibidos divinamente, pues se volverían tristes.

4. Siempre se ha de huir del pecado, pero, a veces, la tentación del pecado hay que vencerla huyendo y otras resistiéndole. Huyendo, cuando en continuo pensamiento aumenta el incentivo del pecado, como sucede en la lujuria; por eso se dice: "Huid la fornicación". Resistiendo, empero, cuando el perseverante pensamiento quita todo incentivo, que proviene de leve consideración. Y esto es lo que acaece en la acidia, porque, cuanto más pensamos en los bienes espirituales, tanto más placenteros se nos vuelven, con lo cual cesa.

ARTICULO 2

Utrum acedia sit speciale vitium [a]

Si la acidia es vicio especial

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod acedia non sit speciale vitium.

1. Illud enim quod convenit omni vitio non constituit specialis vitii rationem. Sed quodlibet vitium facit hominem tristari de bono spirituali opposito: nam luxuriosus tristatur de bono continentiae, et gulosus de bono abstinentiae. Cum ergo acedia sit tristitia de bono spirituali, sicut

Dificultades. Parece que la acidia no es vicio especial.

1. Lo que concierne a todo vicio no reviste formalidad de vicio especial. Cualquier vicio hace entristecer al hombre del bien espiritual contrario: el lujurioso recibe tristeza del bien de la continencia, y el glotón, del de la abstinencia. Si, como está dicho, la acidia es tristeza del

[a] *De malo* q.11 a.2.

b... espiritual, parece que no es pe-
c... especial.

2. Por ser la acidia tristeza, se
op... al gozo. El gozo no es virtud
esp...al. Luego tampoco la acidia es
esp...al vicio.

3. Siendo el bien espiritual objeto
com...n que la virtud apetece y el
vici... rehuye, no constituye razón es-
pec... de virtud o de vicio, de no
s... se contraiga por algo añadi-
do. ...o parece que nada lo contraiga
en ... acidia, si fuera vicio especial,
si no lo es el trabajo, por el que al-
gunos huyen de los bienes espiritua-
les por ser fatigosos, por lo cual la
acidia es cierto tedio. Rehuir traba-
jos ... buscar descanso corporal per-
ten... a la pereza. Por tanto, la aci-
dia ...o es más que pereza. Pero eso
es ...lso, puesto que la pereza se
opo... a la diligencia, y el gozo a la
acid... No es, pues, vicio especial.

P... otra parte, Gregorio distingue
la ...idia de los demás vicios. Es,
pue... vicio especial.

Re...puesta. Siendo la acidia tris-
teza del bien espiritual, si se toma
éste en general, no ofrecerá la aci-
dia razón de vicio especial, porque,
com... está dicho, todo vicio rehuye
el bien espiritual de la virtud con-
trar... —Tampoco se puede decir que
lo s... por huir del bien espiritual
en ...anto que es trabajoso, o mo-
lest... al cuerpo, u obstáculo de sus
plac...es, porque esto no distinguiría
la a...dia de los pecados de la carne,
con ...s que se busca descanso y de-
leite corporal.

P... lo cual hay que decir que
hay un orden en los bienes espiri-
tual... Que todos los que están en
las ...ciones de virtudes particulares
se o...denan a único espiritual bien,
el d...ino, que tiene virtud especial,
cual ...s la caridad. De aquí que ata-
ñe a cada una de las virtudes gozar

dictum est (a.1), videtur quod acedia non sit speciale peccatum.

2. Praeterea, acedia, cum sit tristitia quaedam, gaudio opponitur. Sed gaudium non ponitur una specialis virtus. Ergo neque acedia debet poni speciale vitium.

3. Praeterea, spirituale bonum, cum sit quoddam commune obiectum quod virtus appetit et vitium refugit, non constituit specialem rationem virtutis aut vitii nisi per aliquid additum contrahatur. Sed nihil videtur quod contrahat ipsum ad acediam, si sit vitium speciale, nisi labor: ex hoc enim aliqui refugiunt spiritualia bona quia sunt laboriosa; unde et acedia taedium quoddam est. Refugere autem labores, et quaerere quietem corporalem, ad idem pertinere videtur, scilicet ad pigritiam. Ergo acedia nihil aliud esset quam pigritia. Quod videtur esse falsum: nam pigritia sollicitudini opponitur, acediae autem gaudium. Non ergo acedia est speciale vitium.

Sed contra est quod Gregorius, XXXI «Moral.» [9], distinguit acediam ab aliis vitiis. Ergo est speciale peccatum.

Respondeo dicendum quod, cum acedia sit tristitia de spirituali bono, si accipiatur spirituale bonum communiter, non habebit acedia rationem specialis vitii: quia sicut dictum est (arg.1), omne vitium refugit spirituale bonum virtutis oppositae.—Similiter etiam non potest dici quod sit speciale vitium acedia inquantum refugit spirituale bonum prout est laboriosum vel molestum corpori, aut delectationis eius impeditivum: quia hoc etiam non separaret acediam a vitiis carnalibus, quibus aliquis quietem et delectationem corporis quaerit.

Et ideo dicendum est quod in spiritualibus bonis est quidam ordo: nam omnia spiritualia bona quae sunt in actibus singularum virtutum ordinantur ad unum spirituale bonum quod est bonum divinum, circa quod est specialis

virtus, quae est caritas. Unde ad quamlibet virtutem pertinet gaudere de proprio spirituali bono, quod consistit in proprio actu: sed ad caritatem pertinet specialiter illud gaudium spirituale quo quis gaudet de bono divino. Et similiter illa tristitia qua quis tristatur de bono spirituali quod est in actibus singularum virtutum non pertinet ad aliquod vitium speciale, sed ad omnia vitia. Sed tristari de bono divino, de quo caritas gaudet, pertinet ad speciale vitium, quod acedia vocatur.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

del bien propio espiritual, que consiste en su propio acto, y especialmente a la caridad el gozo espiritual, con que se goza del divino bien. Y, de la misma manera, la tristeza que se contrista del bien espiritual, que está en los actos de cada una de las virtudes, no afecta a vicio especial, sino a todos ellos. Mas entristecerse del bien divino, de que se goza la caridad, es propio de un vicio especial, que se llama acidia.

Soluciones. Con esto quedan resueltas las dificultades.

ARTICULO 3

Utrum acedia sit peccatum mortale [a]

Si la acidia es pecado mortal

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod acedia non sit peccatum mortale.

1. Omne enim peccatum mortale contrariatur praecepto legis Dei. Sed acedia nulli praecepto contraria videtur: ut patet discurrenti per singula praecepta decalogi. Ergo acedia non est peccatum mortale.

2. Praeterea, peccatum operis in eodem genere non est minus quam peccatum cordis. Sed recedere opere ab aliquo spirituali bono in Deum ducente non est peccatum mortale: alioquin mortaliter peccaret quicumque consilia non observaret. Ergo recedere corde per tristitiam ab huiusmodi spiritualibus operibus non est peccatum mortale. Non ergo acedia est peccatum mortale.

3. Praeterea, nullum peccatum mortale in viris perfectis invenitur. Sed acedia invenitur in viris perfectis: dicit enim Cassianus, in lib. X «De institutis coenobiorum» (l.c. nt.2) quod acedia est «solitariis magis experta, et in eremo commorantibus infestior hostis ac frequens». Ergo acedia non est peccatum mortale.

Dificultades. Parece que la acidia no es pecado mortal.

1. Todo pecado mortal contraría a un mandamiento de la ley de Dios. La acidia no parece contrariar a ninguno, como aparece repasándolos. Luego la acidia no es pecado mortal.

2. El pecado de obra en un mismo género no es menor que el pecado de pensamiento. Apartarse obrando de un bien espiritual, que lleva a Dios, no es pecado mortal; de otra suerte pecaría mortalmente el que no observara los consejos. Por tanto, no es pecado mortal huir con el corazón por la tristeza de esas obras espirituales. Así, la acidia no lo es.

3. Ningún pecado mortal se encuentra en los varones perfectos. Sí, en cambio, la acidia, pues dice Casiano que la acidia es "más conocida de los solitarios y frecuente y dañoso enemigo de quienes habitan el desierto". Por consiguiente, la acidia no es siempre pecado mortal.

[a] *De malo* q.11 a.3.

P · otra parte, se lee en el Após-tol: 'La tristeza del siglo causa la mu :e". Tal es la acidia; no es "tris-teza según Dios", la cual se contra-divi · con la del siglo, que causa la mu te. Así, pues, es pecado mortal.

R· spuesta. Queda dicho arriba que se llama pecado mortal el que quit: la vida espiritual, derivada de la c· ridad y por la que Dios inhabi-ta e nosotros. Por lo cual es peca-do n ·rtal el que de suyo, según su prop i razón, contraría a la caridad. Así ·s la acidia. Porque el efecto prop › de la caridad es el gozo de Dios como hemos visto; y la acidia es tristeza del bien espiritual en cuanto es bien divino. Por donde, en conf· rmidad con su género, la aci-dia (· pecado mortal.

M: s se ha de tener presente en todo: los pecados que son mortales segú su género que sólo son morta-les (iando alcanzan su perfección; la c(sumación del pecado está en el cons ntimiento de la razón, pues ha-blam :s del pecado humano que se reali: i con acción humana, cuyo prin pio es la razón. De aquí que, si se incoa el pecado en la sensuali-dad · no llega hasta el consenti-mien › de la razón, es pecado venial, por l imperfección del acto; v. gr.: en el género del adulterio, la concu-pisc(cia en la sola sensualidad es peca(› venial; si, en cambio, se llega hasta el consentimiento de la razón, es pc ado mortal. Del mismo modo, el m vimiento de acidia en la sen-suali ad sola, cuando es por la re-pugn ncia de la carne al espíritu, es peca(› venial; pero cuando llega has-ta la razón, consintiendo en la huída y hor or del bien divino, prevalecien-do d(todo la carne contra el espí-ritu, ntonces es claro que la acidia es pe ado mortal.

Sed contra est quod dicitur II ad Cor. 7,10: «Tristitia saeculi mortem operatur». Sed huiusmodi est acedia: non enim est «tristitia secundum Deum», quae contra tristitiam saeculi dividitur, quae mortem operatur. Ergo est peccatum mortale.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est (1-2 q.72 a.5; q.88 a.1.2), peccatum mortale dicitur quod tollit spiritualem vitam, quae est per caritatem, secundum quam Deus nos inhabitat: unde illud peccatum ex suo genere est mortale quod de se, secundum propriam rationem, contrariatur caritati. Huiusmodi autem est acedia. Nam proprius effectus caritatis est gaudium de Deo, ut supra dictum est (q.28 a.1): acedia autem est tristitia de bono spirituali inquantum est bonum divinum. Unde secundum suum genus acedia est peccatum mortale.

Sed considerandum est in omnibus peccatis quae sunt secundum suum genus mortalia quod non sunt mortalia nisi quando suam perfectionem consequuntur. Est autem consummatio peccati in consensu rationis: loquimur enim nunc de peccato humano, quod in actu humano consistit, cuius principium est ratio. Unde si sit inchoatio peccati in sola sensualitate, et non pertingat usque ad consensum rationis, propter imperfectionem actus est peccatum veniale. Sicut in genere adulterii concupiscentia quae consistit in sola sensualitate est peccatum veniale; si tamen pervenitur usque ad consensum rationis, est peccatum mortale. Ita etiam et motus acediae in sola sensualitate quandoque est, propter repugnantiam carnis ad spiritum: et tunc est peccatum veniale. Quandoque vero pertingit usque ad rationem, quae consentit in fugam et horrorem et detestationem boni divini, carne omnino contra spiritum praevalente. Et tunc manifestum est quod acedia est peccatum mortale.

Ad primum ergo dicendum quod acedia contrariatur praecepto de sanctificatione sabbati, in quo, secundum quod est praeceptum morale, praecipitur quies mentis in Deo, cui contrariatur tristitia mentis de bono divino.

Ad secundum dicendum quod acedia non est recessus mentalis a quocumque spirituali bono, sed a bono divino, cui oportet mentem inhaerere ex necessitate. Unde si aliquis contristetur de hoc quod aliquis cogit eum implere opera virtutis quae facere non tenetur, non est peccatum acediae: sed quando contristatur in his quae ei imminent facienda propter Deum.

Ad tertium dicendum quod in viris sanctis inveniuntur aliqui imperfecti motus acediae, qui tamen non pertingunt usque ad consensum rationis.

Soluciones. 1. La acidia contraría el precepto de la santificación del sábado, en el cual, por ser moral, se preceptúa la quietud de la mente en Dios, a la que contradice la tristeza del bien divino del alma.

2. La acidia no es apartamiento mental de cualesquiera bienes espirituales, sino del bien divino, al que por necesidad debe unirse la mente. Por donde, si uno se contrista porque otro lo obligue a cumplir obras de virtud que no está en la obligación de hacer, no hay pecado de acidia; sino cuando se contrista de las cosas que hay que hacer inminentemente por Dios.

3. En los varones santos se encuentran movimientos imperfectos de acidia, que no llegan hasta el consentimiento de la razón.

ARTICULO 4

Utrum acedia debeat poni vitium capitale [a]

Si debe tenerse a la acidia por vicio capital

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod acedia non debeat poni vitium capitale.

1. Vitium enim capitale dicitur quod movet ad actus peccatorum, ut supra habitum est (q.34 a.5). Sed acedia non movet ad agendum, sed magis retrahit ab agendo. Ergo non debet poni vitium capitale.

2. Praeterea, vitium capitale habet filias sibi deputatas. Assignat autem Gregorius, XXXI «Moral.» (l.c. nt.9), sex filias acediae, quae sunt «malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio, torpor circa paecepta, vagatio mentis circa illicita»: quae non videntur convenienter oriri ex acedia. Nam rancor idem esse videtur quod odium, quod oritur ex invidia, ut supra dictum est (q.34 a.6). Malitia autem est genus ad omnia vitia, et similiter vagatio mentis circa illicita, et in omnibus vitiis inveniuntur. Torpor autem circa

Dificultades. Parece que no debe tenerse a la acidia por vicio capital.

1. Se llama vicio capital el que impulsa a las acciones pecaminosas, como arriba se trató. La acidia no impulsa a obrar, antes bien retrae. Luego no debe tenerse por vicio capital.

2. El vicio capital tiene determinadas hijas. San Gregorio asigna a la acidia seis: "malicia, rencor, pusilanimidad, desesperación, indolencia en lo tocante a los mandamientos, divagación de la mente por lo ilícito", que no parece que nazcan propiamente de la acidia. Pues el rencor parece que es lo mismo que el odio, el cual procede de la envidia, como está dicho; la malicia es género de todos los vicios, y la divagación de la mente por lo vedado también se halla en todos. La indolencia en

[a] Infra q.36 a.4; *Sent.* 2 d.42 a.2 a.3; *De malo* q.11 a.4.

...os ...receptos parece ser idéntica a ...a ...idia, y la pusilanimidad y la ...es... peración pueden brotar de cua... ...esq... iera pecados. No se tiene, pues, ...on... ...uentemente a la acidia por vi...io ...apital.

3. ...San Isidoro diferencia el vicio ...le ... acidia del de la tristeza, dicien...lo ... ...e es tristeza al apartarse de lo ...ab... ...ioso y molesto a que se está ...bli... ...ido, y acidia al entregarse a in...deb... ...a quietud. Y dice que de la tris...eza ... provienen "el rencor, la pusila...nim... ...lad, la amargura, la desespera...ción ...; y, en cambio, de la acidia es...os ...iete: "la ociosidad, la somnolen...cia, ...a indiscreción de la mente, el ...des... ...osiego del cuerpo, la instabili...dad, la verbosidad, la curiosidad". ...Par...e, en consecuencia, que San ...Gre...orio o San Isidoro asignan mal ... la ...acidia con sus hijas como vicio ...capi...l.

P... otra parte, San Gregorio mis...mo ...ice que la acidia es vicio capi...al ... que tiene dichas hijas.

R...spuesta. Hemos visto arriba ...que ...e llama vicio capital aquel del ...que ...on facilidad nacen otros vicios ...n ...lidad de causa final. Así como ...os ...mbres hacen muchas cosas por ...el d...ite, sea para recibirlo, sea tam...bién ...para obrar algo llevados de su ...impu...so, así también hacen muchas ...cosa... por causa de la tristeza, o para ...evit...la o lanzándose con su peso a ...acon...ter algo. Por donde, siendo la ...acid... cierta tristeza, como hemos ...dich... justamente se tiene por vicio ...capi...l.

So...luciones. 1. La acidia, gravan...do e... ánimo, estorba al hombre en ...las ...oras que causan tristeza. Con ...todo, encamina el ánimo a obrar al...guna... cosas que se compadecen con

praecepta idem videtur esse quod acedia. Pusillanimitas autem et desperatio ex quibuscumque peccatis oriri possunt. Non ergo convenienter ponitur acedia esse vitium capitale.

3. Praeterea, Isidorus, in libro «De summo bono» [10], distinguit vitium acediae a vitio tristitiae, dicens tristitiam esse inquantum recedit a graviori et laborioso ad quod tenetur; acediam inquantum se convertit ad quietem indebitam. Et dicit [11] de tristitia oriri «rancorem, pusillanimitatem, amaritudinem, desperationem»: de acedia vero dicit oriri septem, quae sunt «otiositas, somnolentia, importunitas mentis, inquietudo corporis, instabilitas, verbositas, curiositas». Ergo videtur quod vel a Gregorio vel ab Isidoro male assignetur acedia vitium capitale cum suis filiabus.

Sed contra est quod Gregorius dicit, XXXI «Moral.» (l.c. nt.9), acediam esse vitium capitale et habere praedictas filias.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est (1-2 q.84 a.3.4), vitium capitale dicitur ex quo promptum est ut alia vitia oriantur secundum rationem causae finalis. Sicut autem homines multa operantur propter delectationem, tum ut ipsam consequantur, tum etiam ex eius impetu ad aliquid agendum permoti; ita etiam propter tristitiam multa operantur, vel ut ipsam evitent, vel ex eius pondere in aliqua agenda proruentes. Unde cum acedia sit tristitia quaedam, ut supra (a.1) dictum est, convenienter ponitur vitium capitale.

Ad primum ergo dicendum quod acedia, aggravando animum, impedit hominem ab illis operibus quae tristitiam causant. Sed tamen inducit animum ad aliqua agenda vel quae sunt tristitiae

[10] ...ml. l.2 c.37: ML 83,638.
[11] ...Quaest. in Vet. Test. in Dt. c.16 super 7,1: ML 83,366.

consona, sicut ad plorandum; vel etiam ad aliqua per quae tristitia evitatur.

Ad secundum dicendum quod Gregorius convenienter assignat filias acediae. Quia enim, ut Philosophus dicit, in VIII «Ethic.» [12], «nullus diu absque delectatione potest manere cum tristitia», necesse est quod ex tristitia aliquid dupliciter oriatur: uno modo, ut homo recedat a contristantibus; alio modo, ut ad alia transeat in quibus delectatur, sicut illi qui non possunt gaudere in spiritualibus delectationibus transferunt se ad corporales, secundum Philosophum, in X «Ethic.» [13] In fuga autem tristitiae talis processus attenditur quod primo homo fugit contristantia; secundo, etiam impugnat ea quae tristitiam ingerunt. Spiritualia autem bona, de quibus tristatur acedia, sunt et finis et id quod est ad finem. Fuga autem finis fit per «desperationem». Fuga autem bonorum quae sunt ad finem, quantum ad ardua, quae subsunt consiliis, fit per «pusillanimitatem»; quantum autem ad ea quae pertinent ad communem iustitiam, fit per «torporem circa praecepta».—Impugnatio autem contristantium bonorum spiritualium quandoque quidem est contra homines qui ad bona spiritualia inducunt, et hoc est «rancor»; quandoque vero se extendit ad ipsa spiritualia bona, in quorum detestationem aliquis adducitur, et hoc proprie est «malitia».—Inquantum autem propter tristitiam a spiritualibus aliquis transfert se ad delectabilia exteriora, ponitur filia acediae «evagatio circa illicita».

Per quod patet responsio ad ea quae circa singulas filias obiiciebantur. Nam malitia non accipitur hic secundum quod est genus vitiorum, sed sicut dictum est. Rancor etiam non accipitur hic communiter pro odio, sed pro quadam indignatione, sicut dictum est. Et idem dicendum est de aliis.

Ad tertium dicendum quod etiam Cassianus, in libro «De in-

la tristeza, como llorar, o a otras con que se evita la tristeza.

2. San Gregorio asigna correctamente las hijas a la acidia. Porque, como dice el Filósofo, "nadie por largo tiempo puede permanecer con tristeza y sin placer"; es menester que de la tristeza nazca algo doblemente: que el hombre huya de lo contristante y que pase a aquello de que toma placer; lo mismo que quienes, no pudiendo gozar las espirituales delicias, se enfangan en las del cuerpo, en sentir del Filósofo. Este proceso se observa en la huída de la tristeza, pues en primer lugar rehuye el hombre lo contristante y después aún impugna lo que causa tristeza. Los bienes espirituales de que se entristece la acidia son fin y conducentes al fin. La fuga del fin se realiza con "la desesperación". La huída de los bienes conducentes al fin, sobre los cuales recaen los consejos, si son arduos, la lleva a cabo "la pusilanimidad"; si atañentes a la justicia común, "la indolencia en los preceptos".—La impugnación de los bienes espirituales, que contristan a veces, se ejerce sobre los hombres que encaminan a ellos, y cristaliza en el "rencor"; a veces se siente en los mismos bienes espirituales, abocando en su detestación por "malicia" rigurosa.—Y con respecto a la caza de placeres exteriores, impulsado por la tristeza, se da por hija de la acidia a "la divagación de la mente por lo vedado".

Con lo dicho se da clara respuesta a lo que se objetaba sobre cada una de las hijas, pues la malicia no se toma aquí en cuanto que es género de vicios, sino de la manera apuntada; tampoco rencor se toma en común por odio, sino por cierta indignación. Y lo mismo hay que decir de los demás.

3. También Casiano distingue la tristeza de la acidia, pero San Grego-

[12] C.5 n.2 (BK 1157b15); c.6 n.4 (BK 1158a23): S.TH., lect.5.6.
[13] C.6 n.4 (BK 1176b19): S.TH., lect.9; cf. l.7 c.14 n.5 (BK 1154b2): S.TH., lect.14.

rio mejor llama a la acidia tristeza. Porque, como está dicho, la tristeza no es vicio distinto de los otros, en cuanto que hace dejar la obra pesada y trabajosa o por cualquiera de las causas con que uno se entristece; sino sólo que hace contristarse del bien divino, lo cual toca en la esencia de la acidia, que en tanto se entrega a indebida quietud en cuanto lo menosprecia.

Los que San Isidoro pone que brotan de la acidia y de la tristeza, se reducen a las que San Gregorio trae, pues "la amargura", que San Isidoro dice procede de la tristeza, es un efecto del rencor; "la ociosidad" y "la somnolencia", a la indolencia en lo tocante a los mandamientos, en que uno está ocioso, incumpliéndolos totalmente, o soñoliento, cumpliéndolos con negligencia. Los otros cinco que dice que salen de la acidia, se reducen a la divagación de la mente por lo ilícito, la cual, por estar sentada en el castillo del alma, que desea derramarse sin concierto por lo más diverso, se llama "instabilidad del alma"; que si toca en el conocer, se llama "curiosidad", y si en hablar, "verbosidad"; mas, si zarandea el cuerpo, no dejándolo parar en lugar alguno, se denomina "inquietud corporal", indicando con los movimientos descompasados de sus miembros la divagación mental, que, si lo deja campar por diferentes lugares, se llama "instabilidad", que también puede tomarse por la volubilidad del propósito.

stitutis coenob.» [14], distinguit tristitiam ab acedia: sed convenientius Gregorius acediam tristitiam nominat. Quia sicut supra (a.2) dictum est, tristitia non est vitium ab aliis distinctum secundum quod aliquis recedit a gravi et laborioso opere, vel secundum quascumque alias causas aliquis tristetur: sed solum secundum quod contristatur de bono divino. Quod pertinet ad rationem acediae, quae intantum convertit ad quietem indebitam inquantum aspernatur bonum divinum.

Illa autem quae Isidorus ponit oriri ex tristitia et acedia reducuntur ad ea quae Gregorius ponit. Nam «amaritudo», quam ponit Isidorus oriri ex tristitia, est quidam effectus rancoris. «Otiositas» autem et «somnolentia» reducuntur ad torporem circa praecepta: circa quae est aliquis otiosus, omnino ea praetermittens; et somnolentus, ea negligenter implens. Omnia autem alia quinque quae ponit ex acedia oriri pertinent ad evagationem mentis circa illicita. Quae quidem secundum quod in ipsa arce mentis residet volentis importune ad diversa se diffundere, vocatur «importunitas mentis»; secundum autem quod pertinet ad cognitivam, dicitur «curiositas»; quantum autem ad locutionem, dicitur «verbositas»; quantum autem ad corpus in eodem loco non manens, dicitur «inquietudo corporis», quando scilicet aliquis per inordinatos motus membrorum vagationem indicat mentis; quantum autem ad diversa loca, dicitur «instabilitas». Vel potest accipi instabilitas secundum mutabilitatem propositi.

[14] ... 10 c.1: ML 49,359.